Universitätsbibliothek Paderborn

Decisiones Practicæ Casuum Conscientiæ Selectorum In Praxi, Et Foro Interno Quotidie Occurrentium, Omnibusque, Præsertim Ecclesiasticis, Qui Sui, Et Aliorum Curam Gerunt, Perutilium, Resolutorum

Pars Altera Decisionum Practicarum Casuum Conscientiæ Selectorum In Praxi, Et Foro Interno Quotidie Occurrentium, Omnibusque, Præsertim Ecclesiasticis, Qui Sui, Et Aliorum Curam Gerunt, Perutilium, Resolutorum

Leonardelli, Bonaventura

Augustæ Vindelicorum ; Græcii, 1739

Q. 3. An liceat Catholicis comitari funus hæretici cognati sui, aut amici?

urn:nbn:de:hbz:466:1-41144

Visual Library

juxta declarationem ſ. Cardinal. Congreg. apud Jul. Lavorium *l. va- uiar. tit. 2. c. 11. & 16.*

77 Ad 3. Q. R. cum Laym. Bonac. Becam. & aliis, in iis locis, in quibus Catholici cum Acatholicis permixti vivunt, uſu receptum eſſe, ut Catholici ad ſepulturam comitentur cadaver ſui cognati, & amici hæretici. Tum quia id obſequii præſtant cauſa neceſſitudinis & cognationis; tum quia talis cooperatio ad ſepulturam valdè remota eſt, & materialis, & idcircò ejusmodi comitantes non veniunt nomine ſepelientium, ut docet Gloſſ. in *Clement. 1. verb. ſepelire,* cum Navar. *cap. 27. & l. 5. Conſil. 12. de hæret.* Tum quia talis comitatus cognationis, & neceſſitudinis cauſâ præſtitus, potiùs ad communicationem politicam, quàm ad ſpiritualem ſpectat. Imò teſte Laym. *l. 1. tr. 5. p. 2. c. 4.* in quibusdam Germaniæ locis, ubi Catholici cum Acatholicis permixti vivunt, ex diuturna conſuetudine ſepeliuntur Acatholici à ſuis Miniſtris in locis ſacris, quæ tamen conſuetudo, ſi poſſet, utique tollenda eſſet, & curandum, ut Catholici ſacrum ſepulturæ locum ab Acatholicis ſeparatum haberent, ut notat citt. Laym.